Noverint universi quod nos Beatrix dei gratia abbatissa monasterii sancti Danielis Gerunde, attendentes quod dictum monasterium habet prope
pe Civitatem Gerunde iouem vocatam de monte Tribio cum suis terris honoribus et pertinentiis suis, attendentes etiam et considerantes
superius qui pro laboratione ipsarum terrarum et honorum et alia ratione ipsius iouerie fiunt necessario et fieri habent melius utilius
et fructuosius est ipsi monasterio multiplici ratione dictam iouem cum suis terris honoribus et pertinentiis stabilire seu ad emphiteosim
concedere sub certis censibus quam ad propriam laborationem retinere vel etiam ipsam ad laborandum concedere habitis super predictis et aliis
rum quolibet diligenti et frequenti consilio deliberatione et tractatu cum conventu nostri monasterii propter ea more solito convocato et con
gregato. Attenta ipsius monasterii utilitate attenta de consensu voluntate et consilio dicti nostri conventus et etiam de auctoritate et expre
sso assensu Reverendi patris in Christo domini Gastonis miseratione divina Episcopi Gerundensis, gratis et ex certa scientia, per nos et suc
cedentes nobis in dicto monasterio, damus et concedimus ad emphiteosim sive ad acapitum vobis Guillelmo de abbacia draperio Gerunde et vestris
perpetuo unam peciam terre prout est signata et terminata ex campo vocato Orney qui est dicte iouerie que pecia affrontatur ab
oriente in Campo de Guinen et etiam in honore Petri Capaler, a meridie in carraria publica, ab occidente in camino publico, a circio in ho
nore Bonanati Saber. Predictam siquidem peciam prout superius terminatur et affrontatur cum omnibus integritatibus et proprie
tatibus suis, introitibus exitibus et pertinentiis suis universis et singulis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et de cetero
faciendis vobis dicto Guillelmo de abbacia et vestris perpetuo damus et concedimus ad emphiteosim sive ad acapitum, salvo tamen iure et direc
to dominio dicti monasterii tam in terciis laudimiis foriscapiis emparis faciendis quam etiam aliis que ad directum dominium pertinere noscuntur.
Dabitis preterea vos et vestri nobis et nostris successoribus in dicto monasterio annuatim censualiter in festo sanctorum omnium et fe
lix duas migerias frumenti boni pulcri sicci et nitidi, ad mensuram Gerunde, sed ipsas deffendentis in foro allatas vestris sumptibus in dicto
monasterio. Et sic sub dictis modis et conditionibus, constituimus nos dictam peciam terre nos vestro vestrorumque nomine possidere do
nec eiusdem rei possessionem tam de iure quam de facto adeptus fueritis corporalem, quam accipiendi ingrediendi et retinendi plenam vobis
et vestris damus et conferimus potestatem ad faciendum inde omnes vestras voluntates, retentis tamen conditionibus supradictis. Et
sic per nos et nostros successores in dicto monasterio promittimus hanc concessionem et omnia et singula supradicta rata et firma habe
re tenere et servare et predictam peciam cum suis iuribus vos et vestros semper facere habere tenere et etiam deffendere in pace contra
cunctas personas, et inde vobis et vestris firmiter teneri de evictione et omni dampno et interesse litis et extra. Et pro predic
tis atendendis et complendis obligamus vobis et vestris omnia bona dicti monasterii ubique presentia et futura. Pro huiusmodi vero co
ncessione habuimus et recepimus a vobis ad utilitatem dicti monasterii octo libras et quatuor solidos barchinonenses, Renunciando exceptioni pecunie non
numerate et non recepte et doli. Et ego dictus Guillelmus de abbacia laudans et concedens omnia et singula supradicta, promitto vobis dicte
domine abbatisse et succedentibus vobis in dicto monasterio dictum censum duarum migeriarum frumenti annuatim solvere termino supradicto allatas
ut est dictum. Et pro predictis atendendis obligo vobis et vestris dictam peciam terre cum omnibus melioramentis et augmentis ibi
factis et de cetero faciendis. Quod fuit actum et tam a dicta venerabili abbatissa quam dicto Guillelmo firmatum et laudatum sexto idus octobris
anno domini M° CCC° tricesimo tercio. Presentibus testibus venerabili Bernardo de lacu presbitero de capitulo et Petro de villarucio clerico et
Arnaldo de torrente Gerunde. Predicta vero omnia fuerunt per dictum conventum more solito congregatum in capitulo dicti monasterii lauda
ta concessa et approbata et etiam postea predicta omnia per dictum Reverendum dominum Episcopum Gerundensem laudata autorizata et approbata IIII° idus
octobris anno domini predicto. Presentibus testibus venerabilibus Arnaldo de palaciolo thesaurario et Bernardo de lacu presbitero de capi
tulo Gerundensi. Et similiter Arnaldus de torrente baiulus dicti monasterii predicta firmavit pro baiulo coram testibus supradictis.

Sig+num Petri massaneti notarii publici substituti auctoritate Regia a Bernardo de toylano notario Gerunde publico, qui hoc scribi fecit et clausit
cum supra positis ...

Nº 67 = f 101 v

CTORS

26-9-1333

T. 420 X 315

nº 644

Stabliment fet a Guillem Obacia de t.ª de una fexa de terra qui era part del camp Cornej dels [illegible] de Montiribi

A C f 31

nº 12 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de Montiribi

Nº 12 del plec segon de Montiribi

673